Quelle: http://manuscripta.at/?ID=28694
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

106

cum eis existerent, promittens eis quicquid pro
laboris sui compendio accipere volu
issent, se daturum esse paratum. Atque illi
ut erant strenui de promissione leti,
et de domini misericordia confisi. Convocatis roma
nis principibus exhortari eos ceperunt,
ut forti animo contra adversarios eorum exis
terent. Et accepta benedictione a sum
mo apostolico, assumptis comitibus simulque
romanis principibus, contra hostes suos
iter carpebant. Et irruerunt in eos for
titer, et tanta cede prostrati sunt, ut re
linquentes omnia sua vix pauci ar
reptis navibus evaderent. Sed et plurimi
eorum in maris pelago perierunt. De xpia
nis vero nulla erat diminutio. Sed omnes
ovantes cum triumpho et cum magno
spolio romam sunt reversi. Obviam erat eis
dominus papa cum omni clero suo, atque coram
sanctissimo petri sepulchro prostrati, fusis
sunt lacrimis gaudiis plenis, atque ym
num domino canentes, quod de tam sevis ini
micis dignaretur eos liberare. Post
ymnos et debitas laudes deo, cepit
dominus papa seu omnis primatus illis gratias
agere, quod pro dei et sancti petri vel aliorum sanctorum
amore animas suas ponere non dubita
rent, et rogare eos ceperunt ut de
preda seu de aliis thesauris mun
uscula susciperent. At illi dixerunt: Ex
hac de causa de patria nostra non veni
mus. Tunc vir apostolicus tulit eos secre
to, ut quicquid in animo haberent expli
carent. At illi audita opinione sancti martyris
xpi quirini, eius sanctissimum corpus flagi
tare ceperunt. Quo audito vir dei vehe
menter expavit, et hoc se facere propter me
tum romanorum contradixit, quia apud illos in
magna venerationis amore habebatur,
quia quisquis ad lectum eius cum fide recta ve
niebat, quolibet detinebatur infirmi
tate sanus redibat. Illi autem enixius exo
rabant, ut promissa suppleret. At ille
blande alloquitur eos dicens: Quid est filii
thesaurum accipere, si ad optatum locum
non fuerit perventum. Si preceptis meis ob
temperare velitis, effectum desiderii vestri
consequi potestis. Illi autem hoc libentissime
se suscipere dixerunt. At ille: Ite cum pa
ce ad patriam, et quam citissime potestis
cautos missos mittite, ego desideriis
vestris satisfacio devotus. Illi autem consilio
roborati, leti de promissis, ovantes
in suam patriam sunt reversi. Et facto consi
lio tulerunt ottonem cognatum suum,
seu alios venerabiles viros, cum mag
no apparatu ad eius clementiam dire
xerunt. At illi concito cursu romam perve
nerunt. Tunc vir dei promissionis sue non im
memor, in noctis conticinio caute
atque venerabiliter conditum, et signaculo
suo signatum, sicut promisit presentavit,
precipiens eis caute observandum ne
rumperetur signaculum, et ammonens eos
ut per aliam viam reverterentur, ne per vim
a romanis raperetur ab eis. Illi autem